





QK. 316.

v. Rotleben



EXOPTATISSIMUM
DIEM NATALEM
PERILLVSTRIS
ATQVE
EXCELLENTISSIMI
DOMINI
ANTONII FRIDERICI
DE BEVLWIZ,
DYNASTAE ROTLEBIAE,
EICHICHT, LOEHMAE, MVNSCHWIZ
CET.

SERENISS. PRINCIPIS SCHWARZBURG. RVDOL-
STAD. A CONSILII INTIMIS, CANCELLARII SPLEN-
DIDISSIMI, PRAESIDIS AC DIRECTORIS CONSILIORVM PV-
BLICORVM GRAVISSIMI, ITEMQVE HERINGENSIS ET
STRAVSBERGENSIS DIOECETAE MVLTQ
SPECTABILIS CET.

d. XXIX. IANVAR. MDCCXLIV.
PIENTISSIMIS CONCELEBRAT VOTIS
SIMVLQVE
VITAS
CONRADI, HERMANNI, HENRICI


ET
IOHANNIS de ROTLEBEN
EX ANTIQVITATIBVS BREVITER
EXPOKIT

IOANNES FRIDERICVS MÜLDENER,
ADVOCATVS SCHWARZBURG.

FRANCOVSAE,
LITTERIS KEILIANIS.



EXCELSISSIMI
DIEI NATALIS
SERENISSIMO
ATQVE
EXCELSISSIMI
DOMINI
ANTONII FRIDERICI
DE BEYLIWITZ
DYNASTAE ROTTERBAM
EIGI CHT. LOHMEYER, VVN CHWIS
CHT
SERENISS. PRINCIPIS SCHWARZBURG RUDOLPH
STAD. & CONSULS INTIVS. LANGENBACH. SELIN
PROMISS. PRINCIPIS AC DIRECTORIS. CONSULS. SELIN
SILICIVIA GRAVIVOR. SELIN. HERING. SELIN. ET
STAVROBRONN. D. OCTAVI. MULLER
SPECTABILIS CHT.
J. KXIX. JANUAR. MDCCLXII.
PENTISS. MIS. CONGRUAT. VOTIV
SIMILITV
VITAS
CONRAD. HERMANN. HERING
ET
IOHANNIS DE ROTTERBAM
AD ANTIQVITATIS SERVITIUM
1764
IOHANNES ERNESTVS MULLERER
AD VOTIVS SERVITIUM
FRANCOVUR
LITTE. BRILLIANT.





Vir

Perillustri atque Excellentissime,
Mecoenas aeternum colende,

Redit ex uoto desideratissimus Tuus
dies natalis, diuina quidem beneuo-
lencia et singulari eius, qua nos pro-
sequitur, uoluntate propensa. Recur-
rit ex uoto. Saluum TE integris-
que animi corporisque uiribus ho-
die uidemus, laetique iucundissima haec festa nata-
litia concelebramus. Acceptum summo referimus
Deo, qui TE per annum ab omni corporis imbecil-
litate omnique periculo tutum seruauit, ceteramque

X 2

Tuam

Tuam Generosissimam Familiam ad hunc usque diem saluam esse uoluit. Crescente uero Tuorum annorum numero, crescit et in me pietas, ex uia egregiarum uirtutum Tuarum cognitione, orta. Crescit et antiquitatis amor. Maxime iam delector indefessa antiquitatum Rotlebiensium perscrutatione, imprimis uero indagandis *gentis Rotlebiae*, olim celeberrimæ, originibus. Nec facti me poenitebit unquam, quod illustris haec Rotlebiolorum familia et diuitiarum amplitudine, maiorum gloria et imaginibus, dignitatum munerumque splendore, aliisque præclaris et naturae et fortunae bonis, omni, quo uixit, tempore, in Thuringia maxime floruit, et hinc eius memoria et praeclare factorum recordatio omnino digna habenda, quae posteritati commendetur. Licet uero persuasum mihi habeam, hanc gentem antiquissimis iam uiguisse temporibus, eiusque originem saeculum decimum tertium longe superare, id tamen, deficientibus chartis aliisque monumentis, consequi nondum potui, ut inuenirem quendam, qui hoc saeculo uixerit. Primus omnium mihi occurrit

Conradus de Rotleben, qui saeculo decimo quarto maxime inclaruit, magnamque sui famam, consiliorum sanctitate aliisque eximiis animi dotibus partam, reliquit. Multum gratia ualuit apud Ducem Brunswicensis Magnum Iunioris, qui et ipsum
San-

Sangerhusæ, cui tunc imperabat dux ille commemo-
ratus, castro præfecit, ideoque sæpe uocatur castropræ-
fectus *der Vogt*, qualis hodie nuncupari solet *ein Schloß-
Hauptmann*. Testis citatur ao. 1352. in litteris, qui-
bus componebantur lites, inter magistratum Sanger-
husanum et monachos Ordinis S. Augustini, ibidem
habitantes, ortæ. Chartam ipsam ex originali,
pro laudabili, qua pollet, liberalitate, beneuole me-
cum communicauit Vir ICTissimus et antiquitatum
patriarum indagator solertissimus, D. Ioann. Fride-
ric. Hoffmannus, Sangerhusæ degens. Pauca quædam
ex ista recitabo, quod dignam eam iudico, quæ legatur.
*Wir Andreas Kursenrechter &c. Rat der Stad zu
Sangerhusen bekennen offentlich in dosem Brife und
tun wissentlich allen den die on sehen oder horen lesen,
daz wir unde unse stad eyntrechtlich mit Wyllen alle
unser gemeyne entsazt und entscheiden sin mit den geist-
lichen luten mit deme Convente des Ordens sancti Au-
stini der hi lit in unser Stad, alles Kriges und Zerri-
tracht zcwijschen deme itzunt Convente und uns und
unser stad geuvest ist von geburwes weyn, und sin des
vruntlichen entscheiden mit sulcher redikeit, als hi
nach beschriben stet &c. Alle dese vorgeschriben Rede
und dese entscheydunghe es geteydinget vor dem schin-
beren Vorsten Hertzogen Magno von Brunsewig deme
Jungken unsem gnedigen Herren unn es ober geuvest
Reynhold Croxel sin Amechtmann unn Conrad von*

Rateleben der Vogt, her Konemund Kale Ritter,
Gozfwin von Sangerbusen unnd Olrich sin Bruder Volg-
mar Kalb Loddewig von Sangerbusen &c. unnd andere
guter lute gnug- Gegeben nach Christi gebort Tuzent
jar dritzhundert jar in deme zwovey unnd funfzigsten
Jare an send Matthei Abende des heiligen zwoyfbo-
ten unde evangelisten.

Paulo post inter alios quoque reperitur testes
et hic Conradus de Rotleben in priuilegio, a Duce
praedicto ciuitati Sangerhus. ao. 1358 an dem Sontage
als man singet Misericordias Domini, clementissime
concesso, ibique uocatur Cunrat von Rateleben.

Testis uices porro subiit ao. 1363 in litteris Ko-
nemundi militis et Henrici fratrum dictorum Ka-
len, in quibus census quosdam in uilla maioris Enzin-
gen monasterio in Caldenborn tradiderunt: prout
ex Chartario Caldenborn. me docuit supra laudatus
D. Hoffmannus.

Post haec tempora a consiliis fuit, uti credo, Du-
cis Brunswicensis, quod in documentis praefectus am-
plius non uocatur, aliumque hoc munus subiisse, ex
uariis constat chartis. Sic in litteris, ao. 1365.
am sanckt Margarethben Tage exaratis, et quibus Dux
ille praedictus in defensionem recepit Monasterium
Caldenborn, testes adducuntur, der eddele Albrecht
von Hackeborn der eddele her Conrad von Rotle-
ben, Rittere - tylo Voit - hays von Sutterbusen-
Knechte. An

Anno 1366. uariae lites, inter Comites Hohnstei-
nens. et Schwarzburg. exortae, sopiebantur: quibus
solennitatibus et interfuit Conradus de Rotleben, te-
ste P. Iouio in Chr. Mspto Schwärzb. L. V. c. XX.

In priuilegio, quod idem Dux ao. 1367 *am sen-
te Georgien Tage des heiligen Ritters unnn Merterers*,
nofocomio S. S. Sangerhusæ dedit, testes recitantur
*die gestrengben Ritttere her hencze von Morungen, her
Cumrad von Roteleben- tyle Ghere der Vogt & c. v. Mulleri
Sangerh. Chron. c. XIII. p. 45.* Quo demum tempore
Conradus iste de Rotleben ad coelestia uocatus fue-
rit, nullo modo patet: quare sine mora nunc uitam

Hermanni de Rotleben breuisissimis exponam.
Eodem uixit tempore, quo Conradus. Vitae solitariae
se suaque deuouit. Vir fuit puritate uitae et doctri-
nae clarus. Multa cum laude ao. 1362. Arnstadii cer-
to praefuit monasterio, in quo, ob insignes uirtutes,
primum locum tenebat, ideoque titulo *cines Gardians*
insigniebatur: prout sequens demonstrat charta:
*Ich Bruder Hermann von Rotheleyben Gardian der Barfüß-
ser tzu Arnstete und der consent gemeynlichen bekennen an un-
sere Vffen Brife, daz dy edele frowe Elisebeth von Schwartz-
borgk, dy da Mutter ist der edelen Herren Grafen Henrichiz und
Grafen Günthers von Swartzburk, dy da Herren sint zu Arn-
stete vnd tzu Sunderzhusen, hat gekayfi zue phunt Heller jerli-
ches tzinses am Korn-Kasten yn der Brudere schafferyn Huse von
dem sele gereithe der edelen frowen, frowen litten von Mannezueli,
erer Totter, der Got guedig sy, unnn Grafen Albrechtez von Mannez-
ueli, eres wertez, darynne sullen die vorgenannten Brudere, dy*
do

72
3362644
da itzunt synt vnd ere nachkemelynge ewiglichen schullen bege ere
jargetzit, tzyer in deme Jare vor erst zu senckte Peterz und Sente
Paulwez tage tzu abunt myt der Vigilie und smorgenz met selc-
messe, also ist er jargetzit, also sy vorschit &c. daz wir daz stete
vnd ganz balden anc allerleyg argelift vnd Hyndernis, dez kenge
wir Bruder Hermann von Rotteleyben Gardian und der Kon-
fent gemeynlichen alle vorgeanntyn Vnse Insegel tzu eyme orkande
aller unser nachkemelynge an desen uffin brif. Deser brif ist gege-
byn nach Gotez Gebort yn tusent Jar und dryhundert Jar yme sezwey
und schechezichen Jare an den Mitwochen vor Palmen.

Nec minus eodem tempore, eodemque anno 1362. inno-
tuit quoque Henricus de Rotleben, uti ex Archiuo Rudolsta-
diensi sum edoctus. Praeter nomen uero de eo posteritati,
quantum ego quidem scio, lectu dignum relictum est nihil:
quare, sub finem huius laboris, uel duobus tantum uerbis men-
tionem adhuc faciam

Iohannis de Rotleben, qui anno 1378. uixit et curiam quan-
dam in Averstete habuit, quam anno praedicto una cum Iohan-
ne et Bertholdo fratribus de Schwende pro 12. sexagenis grosso-
rum uendidit Henrico, undecimo Monasterii Portensis Ab-
bati, uti testatur M. Iust. Pertuch. in Chron. Portens. c. III. p. m.
132. edit. 1612.

Praeter hos, ex hac gente reperi nullos, qui hoc sae-
culo, decimo scilicet quarto, uixerint, quare et huic labori
immorari amplius nolo, quem serena fronte clementerque
pro singulari Tua, qua polles, gratia, accipias, obseruantis-
sime precor, iunctis simul uotis ardentissimis integerrimis-
que, ut Summum Numen, Vir Perillustris atque Excellentissi-
me, per plures adhuc annos, Te saluum et incolumem, cum Il-
lstri Tua Familia, seruare uelit, laetissimum hunc diem saepe
redire iubeat, sanctisque Tuis consiliis semper benedicat, ut
omne, quodcunque susceperis, bene feliciterque cedat. Dab.
Francohusae d. XXIX. Ianuar. M D CC XLIV.


*) o (*





v. Rotleben

Za
2306



EXOPTATISSIMUM
EM NATALEM
PERILLVSTRIS
ATQVE
CELLENTISSIMI
DOMINI
II FRIDERICI
E BEVLWIZ,

STAE ROTLEBIAE,
, LOEHMAE, MVNSCHWIZ
CET.

NCIPIS SCHWARZBV RG. RVDOL-
HIS INTIMIS, CANCELLARIU SPLEN-
DIS AC DIRECTORIS CONSILIORVM PV-
VISSIMI, ITEMQVE HERINGENSIS ET
RGENSIS DIOECETAE MVLTQ
SPECTABILIS CET.

X. IANVAR. MDCCXLIV.
MIS CONCELEBRAT VOTIS
SIMVLOVE
VITAS
, HERMANNI, HENRICI

ET
NNIS de ROTLEBEN
NTIQVITATIVS BREVITER
EXPNIT

FRIDERICVS MÜLDENER,
CATVS SCHWARZBV RG.

FRANCOVSAE,
TTERIS KEILIANIS.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK
HALLE
(SAALE)

BIBLIOTHECA
PONICKAVIANA